

DOCUMENTI GORIZIANI^{*)}

DEL SECOLO XIV

RACCOLTI DA

VINCENZO JOPPI

I.

1298, 1300, 1323.

Dichiarazione di Fra Ossalco monaco in Rosazzo sull'Ospitale di S. Egidio e sui doni fatti all'Abazia Rosacense dai Patriarchi d'Aquileia e dai Conti di Gorizia.

Anno domini M CC X C VIII.

Ego Ossalchus fui factus Sacerdos temporibus Abbatis Johannis, Ottonis Prioris, Asquini Sacriste, Nicolai, Vergandi, Arnoldi, Bartholomei, Pauli, Dominici, Philippi, et iterum Philippi, Johannis Sibelli, Antonii, Ludovici, Naij, isti Sacerdotes erant; et isti erant Diaconi Nicolaus, Philippus et Vernerius, omnes isti temporibus illis erant Monachi Rosacenses, exceptis scholaribus et exceptis Monachis extraneis quos tenebant.

Eodem anno venit Comes Albertus Goritie pater Henrici et Alberti Comitum, Rosacium, ducens secum filium Federici Comitum de Ortemburgh Maynardum, ad inquirendum et investigandum quare non starent pauperes in Hospitali quod edificaverunt Predecessores eorum. Maynardus Comes de Ortemburgh, nepos Alberti Comitum Goritie ex precepto Federici Comitum patris sui dixit

*) Vedi *Archeografo Triestino* Vol. XI. fascicolo 3 e 4, e Vol. XII. fascicolo 1 e 2.

Johanni Abbati et Conventui Rosacensi: Pater meus misit me huc ad videndam Ecclesiam S. Egidii et Hospitale quod Worlicus Archidiaconus Ecclesie Aquilegensis edificavit, qui fuit de domo nostra de Ortemburgh Comes, qui electus fuit in Patriarcham Aquilegensis et non fuit confirmatus per Curiam Romanam, sed Pellegrinus factus fuit Patriarcha et ipse fuit postea Monachus Rosacensis et fecit fieri Ecclesiam S. Egidii et Hospitale cum bonis Comitatus de Ortemburgh, que pertinent ad domum nostram et mansos et possessiones et Familiam, que pertinebant ad Comitatum de Ortemburgh et fecit nos habere duas Plebes, de Budrio et Plebem de Honingstain que pertinebant ad eum, cum esset Archidiaconus Ecclesie Aquilegensis et omnia ornamenta que emerat quando electus fuit in Patriarcham fecit quod Patriarcha Pellegrinus contulit et dedit Hospitali et Ecclesie S. Egidii ad tenendos pauperes et leprosos.

Respondit Abbas Johannes et Conventus dixerunt: primo non dabatur Decima ad Curiam Romanam sed modo datur.

Respondit Comes Albertus et Comes Maynardus dixerunt: Nos non dedimus patrimonium nostrum et bona nostra ad Curiam Romanam, sed dedimus bona nostra ad tenendum pauperes et leprosos et postea cum ira magna surgentes, dixerunt Abbati et Conventui Rosacensi: Ego et Nepotes nostri recipiemus omnia quecumque dederunt Parentes nostri et Familia nostra Monasterio et Hospitali, secundum quod Wodorlicus Archidiaconus et Comes de Ortemburgh precepit. Postea recesserunt cum ira magna de Monasterio. Videns hoc Johannes Abbas et Conventus, quod cum ira magna recessissent de Monasterio, multum timuerunt et mitentes pro Episcopo Concordiense Jacopo, omnia dixerunt, que Comites dixerant Abbati et Conventui. Qui Episcopus respondit et dixit: Domini et Fratres ego sum Episcopus et scio jura et sepius fui ad Curiam Romanam pro Ecclesia Aquilegensi et contra Comitem Albertum Goritie quando cepit Patriarcham Gregorium¹ et duxit Goritiam et feci excommunicare a Summo Pontifice et iterum feci eum absolvi a Summo Pontifice, quia

¹ Gregorio di Montelongo Patriarca d'Aquileia fu preso l'anno 1267 il 20 luglio dal Conte di Gorizia.

petitis a me consilium super hoc, ego consulo vobis super hoc, ad vitandum scandalum, scientes quod Comites habent ius super hoc, quia quidquid habetis, totum habetis a Ducatu a Karinthie et Comitatu Goritie et aliis Comitibus Goritie et aliis Comitibus qui sunt in Karinthia et a familia Comitatus precipue ego consulo quod teneatis pauperes et leprosos in Hospitali.

Si non potestis multos tenere, teneatis paucos, quod devotio Monasterii non perdat. Quod si non faciatis, ipsi recipient bona sua et non erit qui adiuvet vos contra eos, quia nimis potentes sunt et Monasterium destructum erit. Et consulo vos quod faciatis, quia Monasterium in magna persecutione est et si isti non facient, alii facient.

Johannes Abbas et Conventus Rosacensis videntes iram et indignationem Comitum Goritie et de Ortemburgh precipue et quod essent cognati ex utraque parte et quod dixerat eis Episcopus Concordiensis Jacobus, multum timuerunt et aliqui Monachi de Conventu, precipue antiqui, dicebant. Comites habent iustitiam Ecclesie S. Egidii et Hospitale habet plures mansos et magnas possessiones et magnam Familiam et nobiliorem quam Monasterium; quare nos debemus tenere pauperes et leprosos cum bonis eorum? Melius est dare pauperibus et leprosis, quam in Curia Romana de bonis eorum; quod si non fecerimus, ipsi recipient bona sua et nullus erit qui adiuvet Monasterium contra eos, scientes quod Comites habent iustitiam super hoc. Hoc dicebant antiqui Monachi, videntes periculum magnum esse Monasterio si non tenerent pauperes et leprosos ibi, quia ipsi dederant bona sua et fecerant Hospitale illud. Dicebant antiqui Monachi, quod multe Matrone steterunt in Hospitali vidue et nobiles Heremite et temporibus mei Ossalchi, que dederunt magnas pecunias Hospitali ad tenendos pauperes et leprosos et multi dabant ibi bona sua propter pauperes et leprosos.

Ego Ossalchus tenui Ecclesiam et Hospitale per XLIII annos. Hospitale illud erat in magna devotione temporibus meis et eorum qui hodie sunt.

Anno Domini MCCC. Johannes Abbas et Conventus Rosacensis consilium habentes inter se et videntes quod esset peccatum magnum quod talia edificia destruerentur et quod edificatum fuerat a Comitibus et aliis nobilibus et a tota Provincia et quod paupe-

res et leprosi non teneantur ibi in Hospitali, vocaverunt me Ossalchum et dixerunt mihi: O Ossalche, quod prius dixisti, evenit nobis, sicut tu es iuvenis, dixit Abbas Johannes et Conventus: accipias Hospitale et Ecclesiam et habeas domos et omnes edificationes et ponemus illud in possessione tua et in custodia tua et Abbas dabit tibi ad edificandum domos adiutorium. Postea precepit D. Nicolao et D. Vergando, qui erant antiqui Monachi, ut darent mihi omnes redditus Hospitalis et similiter dedit mihi Prior Otto et D. Arnoldus: omnes isti dederunt mihi in scriptis, mansos et possessiones et decimas. Postea ego Ossalchus scripsi hoc quod mihi illi quatuor dederunt, redditus illius Ecclesie et Hospitalis.

Anno Domini MCCCXXIII. Monasterium fuit fere totum combustum et privilegia et instrumenta Ecclesie etiam combusta fuerunt: et modo non quartam partem reddituum scripsi Ecclesie. Iterum ego Ossalchus steti in Monasterio Rosacensi per LXIII annos et tenui et procuravi Ecclesiam S. Egidii et Hospitale per XLIII annos. Modo illi qui habent possessiones et mansos, faciunt ipsi melius quam ego feci Ossalchus A. D. MCCCXLIII. Ego Ossalchus Presbiter et Monachus Rosacensis, si facta Ecclesie S. Egidii et Hospitalis scribi non fecissem, quam tenui per XLIII annos, redundaret in animam meam.

MCCCXXIII. Henricus Comes Goritie, qui fuit sepultus in Tarvisio annis decem octo postea Abbas Giliardus, transacto tanto tempore, fecit eum ad Monasterium Rosacense et filium suum Henricum Johannem de Goritia ducere et ambos sepellivit in Capitulo. Qui Comes Henricus dedit bona in Carnea. Insuper sciant omnes, quod Hospitale S. Egidii Monasterii predicti factum fuit ad sustentationem pauperum, propter quod designata sunt dicto Hospitali multa bona et possessiones unde tempore meo recordor quod quedam domina Aquilegia de Aquilegia stetit in dicto Hospitali usque ad vitam suam et omni die audiebat unam missam in Hospitali predicto: tandem mortua et sepulta in Monasterio, dimisit Monasterio quicquid Monasterium habet in Civitate Aquilegie.

MCXX. Gaudentius Abbas huius Cenobij quartus, qui fuit discipulus S. Geroldi primi Patris huius loci et fecit multa bona Monasterio, ipse aquisivit temporibus suis Matrem Henrici Ducis

Austrie et Matrem Engilberti Marchionis . . . et Demoth Comitissam Goritie que fuit fautrix istius loci, istas tres Dominas sepellivit in claustro in monumento.

MLXXX. Wodorlicus Patriarcha qui fuit frater Comitis Henrici de Goritia, qui fuerunt filii Comitis Marquadi de Goritia, omnia confirmavit, que Patriarche Henricus et Federicus et alii quamplures dederant B. Geroldo, Comites, Comitisse et alii Theutonici, Nobiles et ignobiles qui aderant; sed non multa dederant Latini illis temporibus. Videns Patriarcha Wodorlicus quod multi ei darent mansos et possessiones, fecit Abbatem et primos monachos recepti de Monastero de Mastat (?) et misit eos ad locum istum. Idem Patriarcha Wodorlicus primo fuit Abbas S. Galli in Svevia et propterea fecit Abbatiam istam; nam antea fuit hic Regula S. Augustini, que fuit mutata in Regulam S. Benedicti.

Item D. Patriarcha dedit primo Monasterio Plebem de Brazzano que est Ecclesie S. Andree, que est mater ipsius Plebis, quam dedit, cum Capellis et filiabus Ecclesiis cum Archidiaconatu, decimis et quartesiis, que pertinent ad dictas Ecclesias. Item dedit Ecclesiam S. Johannis de Cormon. Item dedit Montem in Brazan et alios montes. Item dedit extra muros Civitatis Justinopolitane Ecclesiam S. Andree consecrate, quod fuit patrimonium suum cum campis, vineis et olivetis et possessionibus et decimis adherentibus ad ipsam Ecclesiam. Item dedit X mansos in Oleis.

Item dedit Comunia et sylvas in Pasiliano, quas pater suus Comes Maynardus primo dederat cum omni iure et alia multa dedit in presentia istorum subscriptorum, qui fuerunt testes dictarum donationum, videlicet, Ezzo Episcopus Petenensis, Volricus Prepositus et Archidiaconus Aquilegensis qui fuit Comes de Ortemburgh Privinus Prepositus S. Stephani et omnes Canonici Ecclesie Civitatis Austrie et alii multi clerici et laici interfuerunt.

Ego Antonius de Nicolettis de Civ. Austria, Notarius ex notis Johannis Boni notarii dicte Civitatis exemplavi etc.

Da copia nella Collezione Bianchi collazionata con altra ne' Mss. Liruti presso il Dr. Biasutti in Udine.

II.

1300. 20 Aprile. Cividale.

Domanda fatta da Bortolomio di Fogliano e da Gabardo suo fratello castellano di Cormons al Patriarca d'Aquileia di essere investiti di beni feudali in Chrenowitz, Chrusoy, Harde, Gozach, Manzach, Durrempach.

Anno domini 1300, ind. 13 die 10 exeunte Aprili, presentibus Mag. Richo dicto Syre cirologo Civitatis, Nicolussio q. D. Nodeni rogatis et aliis.

Bartholomeus de Folano pro se et fratre suo Gabhardo Castelano Castri Cormons fuit confessus ac contentus se habere ad rectum et legalem feudum a Reverendo Domino et Patre Patriarcha et Aquilegensi Ecclesia bona que inferius continentur. In primis in villa que dicitur Chrenowitz in contrata apud Castrum Arensperch mansos decem: item in eadem contrata in villa que Chrusoy dicitur mansos tres; item in villa que Biscwitz vocatur mansos tres: item in loco qui Harde appellatur mansum unum. Item in contrata Wippaci in villa Gozach mansos quatuor et decimam unam vinearum. Item eadem contrata in villa que Manzach dicitur mansum unum: item in villa que Durrempach appellatur in contrata apud Prem mansos quinque et dimidium, quos dicit dictus Bartholomeus pro se et fratre suo Gabhardo quod ille de Diwino violenter eis detinet supra quo Vestre Gratie supplicat quatenus vobis placeat operari ut illi de Diwino dimittat eis dictos quinque mansos et dimidium salvo plus vel minus secundum quod reperietur.

Actum in Austria Civitate ante stazonem Pantaleonis.

Vendramino Reniero di Montebelluno notaio in Cividale. Arch. Not. Udine.

III.

1301. 29 Giugno. S. Odorico.

Promesse di Enrico Conte di Gorizia Capitano generale del Patriarcato, fatte al Capitolo d'Aquileia.

Nos Henricus Comes Goricie vobis Dominis Warnerio de Cucanea et Willelmo Vicario nostro recipientibus pro Ecclesia et

Capitulo Aquilegensi et pro quolibet de ipso Capitulo ex nunc promittimus quod acceptata Capitanaria Patriarchatus Aquilegensi et postquam nos intromiserimus de ipsius Capitaneatus officio, contentabimur de nostro salario de mille libris veronensium parvorum pro quolibet mense quo durabit huiusmodi Capitaneatus officium persolvendis nobis per Vicedominum prorata temporis quo fuerimus Capitaneus, de bonis Aquilegensi Ecclesie et quod nihil ultra dictum salarium petemus seu petere permittemus.

Item quod intendimus quod dictum officium finiatur quam cito Patriarcha intrabit Terram Forijulii per se vel suum Vicarium.

Item quod occasione dicti salarii, quod dicere possemus nobis non solum, non habebimus regressum contra Capitulum Aquil. Ecclesie vel bona aut iura dicti Capituli vel alicuius de dicto Capitulo sed tantum contra bona Patriarchatus Aquilegensi.

Item quod si pro eo quod creati fuerimus Capitaneus, aliquis impeteret vel molestaret dictum Capitulum vel aliquem de ipso Capitulo, eos et eum defendemus toto nostro posse cum omnibus nostris amicis.

Item quod sine mora vel lite recuperabimus bona et iura Aquilegensi Ecclesie et Capitulo subtracta, spoliata vel invasa per quoscumque a die obitus D. Petri Patriarche et specialiter quod statim Castra et fortificia diete Aquilegensi Ecclesie reducemus in manibus et potestate Capitali et Castaldias multas et officia spectantia ad officium Vicedomini in manibus et potestate Vicedomini.

Item quod non petemus vel intrabimus per nos vel gentem nostram Castrum vel fortificium aliquod Aquilegensi Ecclesie nisi forsan fortificium de Campeio de prope Sorphenberch et quod adveniente Patriarcha vel eius Vicario in terram Forijulii ipsum locum dimittemus Aquilegensi Ecclesie, nec occasione aliqua eum retinebimus vel quocumque pretexto.

Item quod iura Aquilegensi Ecclesie de Istria faciemus per nos et nostros dimitti Capitulo et Vicedomino libere et quiete usque ad adventum Patriarche Aquilegensi vel eius Vicarii in terram Forijulii.

Item quod Capitulum Aquil. Ecclesie et eius iura et bona et quemlibet de ipso Capitulo ac bona ipsorum communia et specialia defendemus toto posse et cum omni favore.

Item quod si lis vel discordia erit inter aliquos de ipso Capitulo, eos ab iniuriis et violenciis deffendemus.

Item illos de la Turre et suos familiares deffendemus a violenciis et iuvabimus ad recuperandum sua bona et iura.

In cuius rei testimonium presentes et patentes nostras litteras fieri ordinavimus in presentia Dominorum Ugonis de Duino, Rodulfi eius filii, Wicardi de Petranilosa, Odorici de Cucanea, Folkeri de Vlasperch, Volkeri de Sonosezach, Waleoni de Goricia et aliorum plurium et sigilli nostri pendentis munimine eos iussimus communiri.

Datum in villa S. Odorici in horreo quondam Wolrici de dicta villa, die penultimo mensis iunii, currente anno Domini MCCC I, XIII indictione.

Ego Ottobonus de Wolvesono imperiali et Patriarchali auctoritate notarius predictis omnibus interfui et de beneplacito ac mandato prefati D. Comitis rogatus scripsi in formam publicam reducendo.

Vol. 78 Varia Fontanini, p. 468 Bibl. S. Daniele, copia.

IV.

1301. 30 Giugno. Cividale.

Giovanni di Zuccola prega il Capitolo d'Aquileia perchè il Conte di Gorizia venga nominato Capitano del Friuli.

Anno Domini MCCC I, indictione XIV, die ultimo mensis Junii. In Civitate Austria, super domo Communis presentibus Dominis Asquino de Varmo, Paulo Castaldione, Henrico de Portis, Fulchero de Savorgnano, Candido de Canussio, Thomado de Civitate et aliis.

D. Joannes de Zucula rogavit D. Bernardum Decanum et D. Lodoyeum canonicos aquilegenses ut faciant D. Comitem Henricum Capitaneum Forijulii.

Not. Antonio da Cividale. Copia nelle Collez. Fabrizio e Bianchi.

V.

1301. 5 Luglio. Sul prato di Campoformio

Parlamento, sede vacante, per la nomina del Capitano generale che viene eletto nel Conte Enrico di Gorizia colle condizioni esposte dal Capitolo d'Aquileia (1301, 2 Luglio).

In Christi nomine amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo trecentesimo primo, Indictione quarta decima, die quinto intrante Julio in prato Campi formii penes Ecclesiam sancti Canciani Aquilegensis diocesis, presentibus dominis Blasutto mansionario Aquilegensis, Benoardo de Justinopoli cive Aquilegensi, Odolrico et Conrado de Utino notariis, Leonarduzio hospite de Civitate, Stephano de Staulis de Glemona et aliis multis testibus vocatis et rogatis.

Convocatis legitime et congregatis solempniter super infrascriptis ibidem ad generale Coloquium Sancte Aquilegensis Ecclesie, Patriarchali Sede vacante, per obitum bone memorie domini Petri Patriarche Aquilegensis, prelati, liberis et Ministerialibus terre Fori Julii videlicet venerabilibus viris dominis Alberico et Rodulfo Canonicis Aquilegensibus procuratoribus et sindicis in hac parte reverendorum virorum dominorum Leonardi vicedecani et Capituli predicte Aquilegensis Ecclesie vacantis prout constitit per publicum instrumentum factum in forma publica manu Philipini Brugni de Mediolano notarii et roboratum pendenti sigillo dicti Capituli et in dicto Colloquio lectum atque ibidem in omnibus et per omnia approbatum a Nobilibus et potentibus viris dominis Guidone de Villalta vicedomino, Philipono de la Turre et Guarnero de Cucania Canonicis Aquilegensibus quorum quidam ex ipsis non interfuerant Capitulo dum factum fuerat procuratorium supradictum ac Religiosis viris dompnis Johanne Abbate Monasterii Rosacensis, Viviano monacho et procuratore dompni fratris Bertoldi Abbatis Mosacensis; prudentibus viris dominis Guarnero de Galgiano Civitatis, Guizemanno de Flagonia Utinensis Ecclesiarum Canonicis; Illustri domino Henrico Comite Goricie et Tirolis, Magnifico d. Gerardo de Camino ac egregio milite d. Rizado filio eius Civitatum Tarvisii, Feltri et Belluni et earum districtuum Capitaneis generalibus; Nobilibus

et potentibus dominis Artuico de Castello, Hugone de Duino, Federico de Bramberch et Nicolao de Budrio militibus, dominis Pelgio de Prata, Odolrico de Strasolt, Francischo de Rivarotta, Federico et Johanne de Villalta, Leonardazio de Brazacho nec non Meynardo et Jacobo civibus et ambaxiatoribus Comunis Aquilegensis et aliorum multitudine copiosa ad honorem dei, beate Marie virginis, Sedis apostolice et Ecclesie Aquilegensis atque reformationem et defensionem honoris et iurium dicte Aquilegensis Ecclesie et tocius terre Forijulii, diligenti deliberacione habita et tractatu per dictum Parlamentum seu Colloquium prefatus d. Henricus Comes unanimiter et concorditer creatus et factus fuit generalis Capitaneus tocius patriarchatus eiusdem Aquilegensis Ecclesie vacantis sub forma modo pactis et conditionibus qui in dicto procuratorio Aquilegensis Capituli continentur. Qui dominus Capitaneus in continenti dato igitur ex commissione dicti Colloquii sacramento, per dictum d. Leonardazium de Brazacho acceptando predicta promisit et iuravit corporaliter ad sancta dei evangelia dictum Capitaneatus officium, sicut superius est expressam. Tenor autem procuratorii talis erat.

In Christi nomine amen. Anno a navitate eiusdem Millesimo trecentesimo primo, indictione quarta decima, die dominico secundo intrante Julio, in Capitulo maioris Ecclesie Aquilegensis, presentibus Odolrico nepote quondam presbiteri Conradi mansionario aquilegensis ecclesie cive aquilegeni, Henrico clavistellario eiusdem ecclesie, Egidio de Palmada servitore infrascripti magistri Rodulfi aquilegensis Canonici, Micignotto campanario, Cortisio servitore Capituli aquilegensis et aliis testibus rogatis.

Convocato et congregato ad infrascripta Capitulo eiusdem Aquilegensis Ecclesie videlicet venerabilibus viris dominis Leonardo vicedecano suo nomine et nomine et vice dominorum Guidonis de Villalta vicedomini et Guarnerii de Cucania canonicorum aquilegensium quorum vices gerebat, Philipono de la Turre suo nomine ac nomine et vice dominorum Manfredi et Lombardini de la Turre aquilegensium canonicorum quorum vices gerebat, Castono, Napino et Raynaldo de la Turre, Alberico de Bononia, Laurenzutto de Civitate, Rodulfo de Cremona suo nomine ac nomine et vice presbiteri Guarnerii de Civitate canonici aquilegensis cuius vices gerebat, aquilegensibus canonicis, predicti Ca-

nonici et Capitulum suo nomine et nomine et vice dominorum Bernardi decani Civitatis et Lodoici de Civitate canonicorum aquilegensium qui ipsi Capitulo in hac parte commiserant vices suas ac nomine vacantis Aquilegensis Ecclesie, deliberacione prehabita diligenti atque tractatu, fecerunt constituerunt et ordinarunt suos certos nuncios et procuratores et syndicos speciales predictos dominos Albericum et magistrum Rodulfum concanonicos suos utrumque eorum in solidum, ita quod non sit potior condicio occupantis et quod unus inceperit alius mediare valeat et finire. Sibi que mandaverunt et commiserunt vices suas sub hac forma: Nos Leonardus vicedecanus, Philiponus, Napinus, Raynaldus et Laurencius Canonici et Capitulum Aquilegensis Ecclesie nostro nomine et vice confratrum nostrorum qui vices suas et voces super infrascriptis nobis commississe noscuntur ac nomine et vice Aquilegensis Ecclesie nunc vacantis, attendentes diligenti tractatu prehabito cum propter vacationem diutinam Aquilegensis Ecclesie guerris et tirampniis terra, homines et iura ipsius Aquilegensis Ecclesie destruantur, quod infrascripta utilia sunt et necessaria ipsi Aquilegensis Ecclesie vobis dominis Alberico et Rodulfo confratribus nostris aquilegensibus canonicis committimus et mandamus quatenus in generali Colloquio die mercurii proxime subsequenti in Campiformio habituro et cum ipso Colloquio Apostolice Sedis et legatorum eius beneplacito in omnibus semper salvo, facientes Capitaneum Patriarchatus Ecclesie Aquilegensis Magnificum et potentem dominum Henricum illustrem Goricie Comitem eo tenore quod ipsum Capitaneatus officium finiatur et finitum intelligatur quam cito Patriarcha intraverat terram Forijulii vel Patriarchatus predicti per se vel suum vicarium ac constituentes sibi pro quolibet mense quo durabit ipsius Capitaneatus officium salarium mille librarum veronensium parvulorum solvendarum per Vicedominum de bonis Ecclesie Aquilegensis pro rata temporis quo durabit idem officium faciatis ibidem ipsum iuxta morem in hiis actenus observatum iurare ad sancta dei evangelia pro bono statu et honore patriarchatus et Aquilegensis Ecclesie subditorum eiusdem Ecclesie tenere stratas securas ac omnes qui fuerint in dicta terra Forijulii et Ecclesie Aquilegensis a violenciis defensare et mandare execucioni que per vos et Vicedominum ordinata fuerint seu etiam iudicata et alia que

pertinere ad eiusdem Capitaneatus officium dinoscuntur, ac non diminuere set potius augmentare suo posse iura et honores Aquilegensis Ecclesie et reducere sine mora vel lite cum omni diligentia et potentatu suo in manibus et potestate Capituli Castra et fortificia Aquilegensis Ecclesie. In manibus vero et potestate Vicedomini vel Capituli Gastaldias, Mutas et officia spectancia ad Vicedomini ipsius officium, que occupata sunt et detenta per quascunque personas collegia vel universitates a die quo d. Petrus Patriarcha Aquilegensis decessit, facimus namque quo supra nomine vos et vestrum quemlibet in solidum procuratores et syndicos speciales cum plenaria potestate ratum habituri et firmum perpetuo quicquid per vos vel alterum vestrorum factum et dictum fuerit in hac parte sub obligacione bonorum Aquilegensis Ecclesie. Mandaverunt quoque idem Vicedecanus et Capitulum michi Notario infrascripto quod de hiis unum et plura possim et debeam conficere publica instrumenta sigilli pendentis Capituli munimine roboranda. Ego Philipinus Brugnius Mediolanensis imperiali auctoritate Notarius hiis omnibus interfui et rogatus scripsi.

S. N. Ego Iacobus filius q. Jacobi domini Cozzi de Aquilegia imperiali auctoritate Notarius predictis interfui et rogatus scripsi.

Da perg. orig. nell'I. R. Archivio di Stato in Vienna. Repert. I.

VI.

1301. 8 Luglio. Cividale.

Convenzione di Mussatto di Cividale per la custodia del Castello di Arisperch.

A. D. MCCC I, ind. XIV. die octavo intrante Julio. In Civitate Austria in domo d. Joannis de Zucula, presentibus Dominis Guillelmo de Scarleto, Guillelmo q. D. Galangani, Henrico de Oleis, de Cudugneria et aliis.

Pro eo quod Musattus de Civitate Capitaneus in Arisperch promisit ibidem aperire locum de Arisperch D. Lodoyco filio q. D. Detalmi de Villalta pro se et fratribus suis, idem D. Lodoycus per solempnem stipulationem promisit ipsi Musatto conservare eum indempnem si per D. Patriarcham futurum vel Capitulum Aquilegense vel alios sibi aliqua briga vel questio moveretur de

eo quod inde fieret guerra D. Comiti de Duyno et suis coadiutoribus, et quod per ipsum D. Lodoycum et fratres et suos non auferetur D. Musatto Locus de Arisperch imo ipsum custodiet ibidem et sibi obediat tamquam Capitaneo, et promiserunt vicissim inter se adiuvere se de guerra seu briga quam habent cum D. Hugone de Duyno et Wicardo de Petrapillosa et non facere pacem vel treugas sine voluntate et consensu utriusque partis sub pena quadringentarum marcharum denariorum aquilegensium: pro quo D. Lodoyco Domini Johannes de Zucula, Fulcherus de Savorgnano et Candidus de Canussio pro rata fideiussores extiterunt et insuper dicte partes corporaliter iuraverunt predicta attendere et inviolabiliter observare, et insuper dictus D. Lodoycus promisit fratres suos hiis facere consentire et confirmare etc.

Not. Antonio da Cividale. Copia nelle Collez. Fabrizio e Bianchi.

VII.

1301. 24 Luglio. Cividale.

Patti tra Mainardo Conte di Ortemburg capitano generale del patriarcato col capitano di Arisperch circa la custodia del castello di tal nome.

A. D. MCCC. Ind. XIV. Die octavo exeunte Julio. In Civitate Austria in domo Martini q. Wolrici Zanule de Civitate. Presentibus venerabili Patre D. Jacobo concordiensis episcopo et D. D. Vianero de Loch, Odolrico Longo de Civitate et aliis.

Magnificus vir D. Maynardus illustris Comes Ortumburgensis Patriarchatus Aquilegensis Capitaneus generalis per stipulationem solempnem promisit Musatto de Civitate Capitaneo in Arisperch sub pena mille marcharum denariorum Aquilegensium conservare eum indempnem et eum expedire, si per Capitulum Aquilegense vel futurum D. Patriarcham aliqua briga vel questio moveretur de eo quod Castrum de Aresperch aperiret ipsi D. Comiti et sue genti, vel aliis de eius mandato Communitatibus Civitatis, Utini et Clemone, et eorum amicis ad faciendam guerram inimicis quod gens que mittetur et erit in Arisperch et obediat ipsi Musatto tamquam Capitaneo dicti loci, et quod dictus locus sibi non auferretur per eos, et quod non faciet pacem vel treugas nisi discordia quam Musattus habet cum Wicardo de Petrapillosa erat interposita in dicta pace vel treugis: et quod si

Reverendus Pater D. Otto frater suus erit Patriarcha sibi satisfaciet de expensis quas fecit vel fecerit pro custodia dicti Castri, et de dampnis que percepit ex dicta causa; et si alius erit Patriarcha sibi de hoc astabit concilio, auxilio et favore sub pena mille marcharum denariorum Aquilegensium et pro eo quod per ipsum et suam gentem, seu alios quos miserit Arispergum dictus locus non auferretur Musatto, et quod sibi obedient ut est dictum D. Johannes de Zucula, Henricus de Portis, Paulus Castaldio Civitatis, Fulcherus de Savorgnano, Candidus de Canussio, Guillelmus de Scarletto, Petrus Fondani pro se et Guillelmo q. D. Galangani de eius voluntate Nicolaus Advocatus Civitatis et Leonarducius de Civitate q. D. Warneri Selenche et Conraducius q. D. Philippi de Civitate fidejussores extiterunt promittentes et obligantes sub dicta pena mille marcharum quod per gentem que per Communitates mittetur Arispergam dictus locus sibi non auferetur, et quod obedient ipsi Musatto, ut dictum est.

Et insuper dictus Musattus corporaliter ad s. Dei evangelia juravit recipere dictam gentem in Castro de Arisperch et inde guerram facere inimicis. Dictus vero D. Comes Meynardus juravit predicta attendere et observare. Preterea predicti D. Comes Maynardus et D. D. Johannes de Zucula, Henricus de Portis, Paulus Castaldio, Fulcherus de Savorgnano, Candidus de Canussio, Guillelmus de Scarleto, Conraducius D. Philippi, Odolricus Longus, Petrus Fondani, Guillelmus D. Galangani, Nicolaus Advocatus et Leonarducius de Civitate fide prestita manuali promiserunt non facere treugas vel pacem si discordia quam Musattus habet cum Wicardo de Petrapilosa non erit interposita.

Antonio da Cividale notajo. Copia nella Coll. Pirona. Bibl. civ. Udine.

VIII.

1301. 26 Luglio. Cividale.

Il Consiglio di Cividale elegge procuratori per la pace tra il Conte di Gorizia e Gerardo da Camino col Conte di Ortemburg ed alcune Comunità Friulane.

Anno Domini millesimo tricentesimo primo, indictione decimaquarta, die VI exeunte Julio, in Civitate Austria, super domo

Communis. Presentibus D. D. Hermano de Budrio et Johanne Pernardi Canonice Civitatensibus, Tratino Canonico Utinensi, et aliis.

D. Paulus Castaldio et Consilium Civitatis ibidem ad sonum campane more solito congregati nomine suo et Communis Civitatis communiter et concorditer fecerunt, constituerunt et ordinarunt dominos Henricum de Portis, Candidum de Canussio, Guillelmum de Scarleto et Thomasinum de Rubignaco presentes et D. Fulcherum de Savorgnano et Nicolaum Advocatum de Civitate licet absentes et tres eorum suos et dicti Communis certos nuncios Syndicos et Procuratores legitimos super discordia, guerra, lite, controversia et questione que vertitur, vel verti videtur inter Venerabilem virum D. Ghilonem Canonicum Aquilegensem et Vicedominum Patriarchatus Aquilegensis et Capitulum Aquilegense, ac magnificos viros D. D. Hayricum illustrem comitem Goritie et Girardum de Camino et suos sequaces et coadiutores ex parte una, et magnificum virum D. Meynardum illustrem comitem de Ortumburch Patriarchatus Aquilegensis Capitaneum generalem et Communitates Utini, Clemone et Civitatis et eorum coadiutores ex parte altera ad tractandum, faciendum et complendum una cum dictis D. D. Comite Meynardo et hominibus seu sindicis Utini et Clemone pacem, concordiam et compositionem si commode esse poterit, sin autem ad inveniendum tractandum et complendum omnem viam, modum et formam defensionis ad resistendum eorum inimicis, et ad manutenendum et conservandum suos honores, jura, commoda atque status, et ad prestandum securitates, promissiones, obligationes et omnia et singula utilia et necessaria in predictis et circa predicta et ad jurandum in animas eorum et dicti Communis, et faciendum cujuslibet generis juramentum, et ad compromittendum, pactandum, et componendum et generaliter omnia et singula faciendum que in predictis et circa predicta, et tam in pace quam in guerra fuerint opportuna, et que ipsimet dicere, seu facere possent si personaliter interessent: promittentes stipulatione solempni mihi notario infrascripto pro omnibus quorum interest vel interesse poterit stipulanti firmum, gratum et ratum habere atque tenere quidquid per ipsos procuratores et syndicos vel tres eorum una cum predicto e Comite Meynardo et procuratoribus et sindicis

Utini et Clemone in predictis et circa predicta factum fuerit, vel modo aliquo procuratum sub bonorum dieti Communis omnium ypotheca.

Not. Antonio di Cividale. Copia nelle Collèzioni Fabrizio e Bianchi.

IX.

1302. 8 Aprile. Gorizia.

Il Conte Alberto di Gorizia conferma all'Ospitale di S. Maria de' Cavalieri Teutonici le donazioni già fatte dai suoi maggiori di Pressenico e beni in Carpenel, Blankar e S. Pellegrino con diritti annessi.

In nomine sancte et individue Trinitatis, A. D. MCCC II, VIII intr. Aprili, ind. XV, amen. Cum a summo verum Opifice, cuius nomine loca religiosa deserviunt et Ecclesie dedicantur, cuncta proveniant que arbitrii dispensatione celestis ad usum et opportunitates hominum conferuntur; interest devotionis humane, suum liberaliter respicere largitorem et de bonorum ubertate percepta illis locis et Ecclesiis providere, in quibus honoratur precipue cultus eius et Christi pauperes spiritu militant indefesso: quorum quies ab universis fidelibus est optanda et procuranda diligenter indemnitas, ut sopitis questionibus et controversiis relegatis, possint liberius Domino famulari. Hac igitur consideratione Nos Albertus Comes Goritie et Tyrolis, Aquilegensis, Tridentine et Brixinensis Ecclesiarum Advocatus, clementer inducti, qui avitis et paternis et patruelibus bonis Deo authore successimus, attendentes et recognossentes, qualiter clare memorie Comes Maynardus iunior (III). Genitor noster proprietatem Pressenici Hospitali S. Marie Theutonorum de Hyerusalem pro remedio anime sue pia devotione confirmavit: omnemque questionem, impetitionem et controversiam et si quod ius in predicta proprietate habuit seu habere debuit, Fratri Bolframino Magno Commendatori, gerenti vices Maioris Magistri Ordinis S. Marie Alemannorum de Hyerusalem, in presentia Nobilium et Fidelium nostrorum, videlicet D. Andree Povina, D. Henrici et D. Geroldi de Goritia, D. Pantii de Ungrispach et Francisci Ybule de Goritia, Basilii de Portu Latisane, testibus videlicet subnotatis, spontanea et gratuita voluntate ratificamus,

roboramus et confirmamus Pressenicum cum omnibus suis attinentiis in sylvis, in pratis, in agris, in pascuis, in piscariis, in Carpenel et Blankhar, tres mansos apud S. Peregrinum, unum mansum qui pertinet ad Piscariam sicut predictum quondam Genitorem nostrum dicto Hospitali recognovimus confirmasse. Et ut Domino, qui fecit nos, majoris gratitudinis obsequium impendamus, ac eiusdem Hospitalis provideamus in perpetuum munimini et quieti, conferimus et confirmamus prefato Fratri Bolframino, gerenti vices Magistri Maioris Ordinis predicti et successoribus eius et Hospitali predicto antedictam proprietatem cum omnibus pertinentiis suis, nec non et homines qui spectant ad eam, videlicet Blancum et Ulricum fratres et filium Jacobi, Henricum Treubereh et Vincherum una cum aliis omnibus hominibus, viris et mulieribus, ad eam pertinentibus: ita quod nec Advocatias, neque iudicia nec aliquid iuris in predictis bonis Nobis vel heredibus nostris reservamus; sed predictum Hospitale libere cuncta et quiete possideat sine nostra et heredum nostrorum contradictione et molestia. Termini vero eiusdem proprietatis extenduntur de villa Palascho ubi sursum itur usque ad Ecclesiam S. Salvatoris, qua cum eo toto quod infra eandem Villam et predictam Ecclesiam ex leva parte est usque ad mare spectat ad eandem proprietatem. Ad huius autem rei perpetuam firmitatem et securitatem Hospitalis predicti presens scriptum fieri iussimus sigilli nostri munimine roboratum.

Actum Goritie, anno, mense, die, indictione et testibus suprascriptis.

Copia ne' Mss. Rabets, Addenda ad Mon. Eccl. Aquil. Bibl. Marciana.

X.

1302. (*Agosto*).

Il Conte Enrico di Gorizia si congratula con Ottobono Patriarca di Aquileia della sua venuta in Friuli. ¹

Reverendo in Christo Patri et Domino suo Karissimo O. S. Sedis Aquilegensis Patriarche. Henricus Comes Goricie salutem

¹ Il nuovo patriarca d'Aquileia Ottobono venne in Friuli il 22 Agosto 1302.

et paratum animum obsequendi. Quia fama Vestre Magificentie bona et laudabilis ab ortu solis carmine profuso esterosque ad limites orbis terre, ideo de vestro prospero et felici adventu tanto magis gratulor et iocundor quanto vestram paternitatem intra mentis archana mihi reputo magis favorabilem et benignam. Unde mecum juxta vestre beneplacitum voluntatis confidentius ordinetis, paratus nam sum vobis tamquam Domino et amico speciali in omnibus complacere.

Dal Codice del secolo XIV Membr. *Dictamina de scartabello Fr. Hermani* fol. 56 t. del Monastero di Admont, Stiria.

XI.

1302 — 1314.

Convegno in Venzone de' Duchi di Carinzia, Conti di Gorizia e Patriarca d' Aquileja. ¹

Nobili et potenti viro D. Johanni de Zucula Johannes civis Frisacensis salutem et corporis perpetuam firmitatem. Prout vestra legatio postulabat vobis vestrum nuncium dirigo et remitto. Rumores sunt isti nobis quod Dominus inclytus Rex Romanorum propter quedam ardua negocia se nunc celeriter transtulit versus Renum, Duces vero Karinthie una cum Comitibus Goricie ad Venzonum proxima dominica *Letare Gerusalem* ² sunt venturi cum D. Rev. Patre Aquilegensis Ecclesie Patriarcha super complanacione et concordia facienda colloquium habituri.

Dal Codice Membr. *Dictamina de scartabello Fr. Hermani* fol. 55 del Monastero di Admont, Stiria.

¹ È impossibile precisare l'epoca del convegno di cui parlasi nella presente lettera. Probabilmente fu scritta o nel 1302 o nel 1306 o nel 1310, epoca di brevi tregue tra il patriarca e il Conte di Gorizia.

² Quarta domenica di Quaresima.

XII.

1303. 28 Settembre. Venezia.

La Signoria clogge un arbitro a finire le differenze per l'Istria col Conte
Alberto di Gorizia.

In Christi nomine Amen. Anno eiusdem nativitatis M CCC III, ind. I, die sabati XXVIII intrante mense Septembri, Veneciis in maiori sala Consilii Generalis Communis Veneciarum, presentibus discretis viris DD. Marco Sibotto, Donato Lombardo, Nicolao dicto Pistrorino Ducatus Veneciarum scribis testibus ad hec vocatis et rogatis et aliis.

Illustris D. Petrus Gradenico Dei gratia Venecie, Dalmacie atque Chroacie Dux, Dominus quarte partis et dimidie tocius Imperii Romanie cum suis minori et maiori Consiliis voce preconia et ad sonum campane more solito congregatis et ipsa Consilia et homines ipsorum Consiliorum cum ipso D. Duce et eius actoritate et consensu suo nomine et vice et nomine Comunis Veneciarum ac nomine et vice omnium et singulorum suorum subiectorum et Comunium subiectorum de Ystria fecerunt, constituerunt, creaverunt et ordinaverunt seu creant, faciunt, ordinant et constituunt discretum virum Johannem Pugniam quondam Laurencii notarium aule ducalis Veneciarum presentem, consentientem et mandatum recipientem, specialem nuntium et procuratorem et sindicum et si quo alio nomine melius dici potest ad arbitros, arbitratores et amicabile compositores pro parte sua et Comunis Veneciarum et omnium et singulorum subiectorum undecumque et Comunium de Ystria Comuni Veneciarum subiectorum et nomine eorum eligendum et assumendum et tam in ipsos arbitros, arbitratores et amicabile compositores electos et assumptos certos et nominatos quam in arbitros arbitratores et amicabile compositores per illustrem D. Albertum Comitem Goricie et Tyrolis nomine suo et nomine et vice omnium et singulorum subiectorum ipsius et Comunium subiectorum eius pro sua parte eligendos et assumendos et in ipsos electos certos et assumptos et nominatos arbitros arbitratores et amicabile compositores et in quemcunque seu quoscumque de medio certos et nominatos arbitros arbitratores et amicabile compo-

sitores compromitendum et compromissum faciendum tamquam in arbitros, arbitratores, laudatores, diffinitores amicabiles compositores et comunes amicos supra omnibus et de omnibus et singulis litibus, questionibus, discordiis, controversiis et querellis que sunt sive esse possunt aut possent inter eundem D. Ducem et Comune Veneciarum et fideles suos de Veneciis et Comunia et singulares personas et homines et subiectos eorundem D. Ducis et Comunis Veneciarum in Ystria seu eorum nomine ex una parte et predictum D. Comitem, Comunia et singulares personas, homines et subiectos undecumque ipsius D. Comitum seu eorum nomine ex altera hinc inde super omnibus et singulis feudis, decimis et possessionibus singularibus tantum et singulariter detentis et possessis per homines et subiectos utriusque partis vel predictorum occasione nec non debitis ac creditis a quocumque tempore preterito citra usque ad diem presentem ac super omnibus et sigulis raubariis sive predis, iniuriis et dampnis datis et illatis hinc inde a tempore pacis facte hactenus inter eundem D. Ducem et Comune Veneciarum ex una et bone memorie D. Raymundum olim Patriarcham Aquilegensis ex alia parte apud Tarvisium usque ad diem presentem et de loco in quo ipsi arbitri debeant convenire consentiendum et conveniendum et de tempore compromissi firmandi et conveniendi et ipsum compromissum cum capitulis necessariis et qui videbuntur ordinandum et cum pena vallanda faciendum et recipiendum, securitates, obligationes, promissiones quoslibet penalitates, stipulationes et renunciaciones faciendum et recipiendum et omnia predicta et alia ad predicta necessaria et singula faciendum, firmandum et promittendum que in predictis et circa ea fuerint oportuna et que ipse D. Dux cum suis Consiliis suo et Comunis Veneciarum nomine ac nomine omnium fidelium de Veneciis et singulorum subiectorum et Comunium subiectorum ipsius Comunis Veneciarum in Ystria facere posset seu possent si presentes essent nec non coram dictis arbitris arbitratoribus et amicabilibus compositoribus ad comparendum et procedendum et coram quibuscumque aliis etiam subrogatis arbitriis arbitratoribus et amicabilibus compositoribus iuxta formam compromissi fieri, ad agendum, defendendum et se nomine D. Ducis et Com. Veneciarum et fidelium ipsius D. Ducis de Veneciis et hominum et Comunium eius subiectorum in Ystria liti et litibus offerendum,

proponendum, excipiendum, protestandum, denunciandum, libellos seu petitiones dandum et recipiendum, lites centestandum de calumpnia, de veritate dicenda seu cuiuslibet alterius generis, iuramentum prestandum, ponendum, positionibus respondendum, articulos dandum et recipiendum, testes, instrumenta et alias probationes producendum et reprobandum, alligandum, contradicendum, sententias, arbitria, laudamenta et arbitrationes et amicabilem compositionem audiendum et recipiendum et ipsa exequi faciendum et procurandum, solutiones recipiendum et sibi fore solutum vocandum et generaliter et specialiter omnia et singula faciendum et exercendum que in premissis et circa predicta et pertinentibus ad predicta sunt aut erunt necessaria et exiguntur de iure et que quilibet verus legitimus procurator et syndicus facere posset etiam si mandatum exigerint speciale et D. Dux predictus et dicta Consilia nomine suo et Comunis Veneciarum et fidelium ipsius de Veneciis et homines et Comunia subiecti et subiecta ipsius Comunis in Ystria si adessent, promittentes idem D. Dux cum dictis suis Consiliis nomine eorum et Comunis Veneciarum ac suorum fidelium de Veneciis et hominum subiectorum ipsius Comunis in Ystria mihi publico Notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice omnium quorum interest et interesse poterit firmum et ratum habere et tenere et haberi et teneri facere et curare quicquid dictus procurator, actor et syndicus fecerit in predictis, circa predicta et quolibet predictorum et non contrafacere vel venire, promittentes etiam ad cautelam nomine suo et Comunis Veneciarum et fidelium de Veneciis et hominum et Comunium subiectorum ipsius Comunis in Ystria pro ipso suo procuratore et sindico presente de iudicio sisti et de iudicato solvendo in omnibus iuris clausulis pro ipso procuratore fideiussores existentes cum obligatione bonorum Comunis Veneciarum. In cuius rei fidem et evidentiam manifestam in predictis D. Dux presens publicum instrumentum iussit fieri per me Notarium infrascriptum et eius pendenti bulla plumbea communiri.

Ego Jacobus filius q. Eccelini de Jordano imperiali auctoritate Notarius et Ducatus Venetiarum Scriba predictis interfui et rogatus scripsi.

XIII.

1304. 5 Febbraio. Padova.

Il nob. Giustino q. Carlevario della Torre crea un suo Procuratore a ricevere dal Patriarca d' Aquileia Ottobono l'investitura de' suoi possessi nel Castello d' Arisperch.

In nomine Cristi Amen. Anno navitatis eiusdem M CCC III. ind. II, die V Februarii in Episcopatu Paduano, presentibus Johanne de Redivo nuncio Episcopalis curie Paduane, Barufino notario q. D. Ospinelli de Giroldis de Cremona ac D. Bartholomeo filio q. D. Frederici a Lectis notarii D. Episcopi Padue et aliis.

Nobilis vir D. Zustinus natus q. nobilis viri D. Carnelvari de la Turre fecit constituit et ordinavit Jacobinum dictum Zagarinum notarium quondam Bobusini presentem et recipientem suum nuncium verum et legitimum procuratorem et quidquid melius et amplius esse potest ad petendum et recipiendum a Reverendo D. Ottobono Dei et Apostolice Sedis gratia S. Aquilegensis Ecclesie Patriarcha, investituram omnium feudorum et possessionum suarum que et quas ipse D. Zustinus tenet et possidet ab Ecclesia et Patriarchatu Aquilegensi in Castro Arisperch et eius pertinentiis et alibi tam iure feudi quam quocumque alio iure et nomine et ad prestandum in anima eius solitum et debitum fidelitatis et cuiuslibet alterius generis iuramentum et ad alia omnia et singula dicendum et faciendum que in predictis et circa predicta utilia et necessaria fuerint. Promittens dicto procuratori suo se firmum et ratum perpetuo habiturum quidquid per ipsum dictum factum et procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum.

Ego Ventorinus Cremonensis q. Gerardi de Conto predictis interfui et rogatus scripsi.

Not. Alberto de Vandolis. Orig. Arch. Not. Udine.

XIV.

1304. Ultimi di Maggio. Cividale.

Lettera di Nicolò di Cividale a Giovanni di Villacco sulle Rappresentazioni sacre fatte in Cividale nelle Pentecoste (17 Maggio) senza l'intervento de' Conti di Gorizia.

Amico plurimum peramando D. Johanni civi Villacensi, Nicolaus civis Austrie Civitatis salutem et quicquid salutaris

invenitur. Quia me pro novis intimandis vestris litteris sollicitastis, nova cognitionis nostre sunt hec: quod Clerus Austrie Civitatis tenuisset solationem ludorum de gestibus Nativitatis, Passionis, Resurrectionis et Assensionis Dominice et de Spiritu Sancti Karismate celebre tam solempnibus studiis demonstrarunt quod non solum venerabili Patre D. Patriarche et verum etiam toti universitati castrorum et villarum Fori Julii qui omnes aderant tam divitibus quam pauperibus placuit et ipsorum animos ad videndum applicuit et alexit et dictum ludum multipliciter commendarunt. Attamen Comites Goricie propter ipsorum ardua negocia interesse predictis exercitiis nequiverunt: preterea status Fori Julii per Dei gratiam in habitu perseverat pacifico et quieto.

Dal Codice membr. *Dictamina de scartabello Fr. Hermani* fol. 54 t. del Monastero di Admont, Stiria.

¹ Anno domini MCCCIV facta fuit per Clerum sive Capitulum Civitatense representationem sive facte fuerunt representationes infrascripte, videlicet: in primis de creatione primorum parentum, deinde de annunciacione Beate Virginis, de partu et aliis multis et de passione et resurrectione, ascensione et adventu Spiritus Sancti et de Antichristo et aliis et demum de adventu Christi ad iudicium. Et predicta facta fuerunt solempniter in Curia Domini Patriarche in festo Pentecostes cum aliis duobus diebus sequentibus, presente Reverendo D. Ottobono Patriarcha Aquilegensi, D. Jacobo q. D. Ottonelli de Civitate Episcopo Concordiensi et aliis multis Nobilibus de civitatibus et Castris Forijul, die XV exeunte Maio.

(Rubeis, Monum. Eccl. Aquil. App. pag. 30 ex Chron. Juliani Civitatis canonici).

¹ Il citato cronista all'anno 1298 ai 25 Maggio ricorda altra rappresentazione fatta il giorno delle Pentecoste dal Clero Cividalese che cominciava colla Passione di Cristo e finiva col Giudizio universale.

Dalla circostanza che il soggetto della rappresentazione descritto nella lettera di Nicolò di Cividale è precisamente quello del 1304 e non quello del 1298, che nell'anno 1304 regnava la pace in Friuli e che allora due erano i Conti dominanti assieme in Gorizia, cioè Enrico ed Alberto morto nel Settembre di detto anno 1304 si può senza tema di errare assegnare al presente documento l'anno suddetto.

1305 circa.

Federico di D. Costantino di Savorgnano per 130 marche di soldi vende al Signor Giovanni di Villalta il Garrito di Plezzo ed i masi a quello appartenenti, vendendogli questo per 91 marca di soldi la Decima ed i diritti di decimare in Reana, col diritto di ricupera salvo compensi in caso che il Conte di Gorizia disoppignorasse Plezzo.

(Atto mutilo dell'intestazione).

. testibus et aliis. Cum D. Federicus filius q. D. Constantini de Savorgnano precio et foro centum triginta marcharum soldorum veronensium dedisset et vendidisset nobili viro D. Johanni de Villalta omne ius suum, omnesque actiones et rationes que et quas habebat et habere posset et habere dignoscitur in Grieto de Plecio cum omnibus mansis pertinentibus et spectantibus dicto Grieto et omnibus aliis eius iuribus ad dictum Grietum spectantibus et pertinentibus modo quocumque de iure vel de facto et omni onere et onore et omne ius quod habebat et habere poterat adversus filios et heredes q. D. Filipi olim D. Concii de Civitate, ut continetur publico instrumento scripto manu mei subscripti notarii in predictis millesimo, indictione et die et dictus D. Johannes de Villalta precio et foro nonaginta unius marche soldorum veronensium parvulorum vendidisset dicto D. Federico de Savorgnano totam suam Decimam et iura decimandi quam et que habebat et habere dignoscitur et habere poterat in villa de Reyana et eius pertinentiis. Predictus D. Federicus de Savorgnano per se suosque heredes cum obligatione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presentium et adquisitorum et omnis dampni et expensarum litis et extra et refectione ac interesse et sub pena dupli valoris dicte decime et iurium decimandi ut pro tempore plus valebunt vel meliorata fuerint, minus quinque soldis veronensium parvulorum, promisit et stetit dare et vendere ipsi dicto D. Johanni vel eius heredibus vel cui commiserit dictam Decimam et iura decimandi cum omni iure et actione prout idem D. Johannes vendidit ipsi dicto D. Federico dumodo idem D. Johannes vel sui heredes dabit et ministrabit integre ipsi dicto D. Federico vel suis heredibus dictam pecuniam postquam Comes

Comitatus Goricie expignorabit vel aliquis pro ipso D. Comite supradicta bona et iura de Plecio ab ipso D. Johanne vel a suis heredibus haberet ipso D. Federico censum dicte Decime usque quod idem D. Johannes vel sui heredes solucionem fecerit supradictam, pena qua soluta vel non, presens tamen contractus semper obtineat plenum robur.

Not. Pietro di Butrio. Orig. Arch. Not. Udine.

XVI.

1306. 10 Gennaio. Udine.

Il Patriarca d' Aquileia fa restituire alcuni cavalli tolti ad un Cavaliere de Conte di Gorizia.

Anno Domini millesimo tricentesimo sexto, indictione quarta, die decimo intrante Januario. In Castro Utini, presentibus D. Milano de Paona milite, D. Canciano plebano plebis de Morutio, magistro Odolrico notario de Utino, Siurido canonico sancti Petri de Carnea et aliis.

Nicoletus Domicellus et Marascalehus reverendi patris D. Ottoboni Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarche presentavit ex parte ipsius Domini Patriarche et obtulit se dare velle Lebarde familiari D. Henrici dicti Fute Militis D. Comitum Goritie tres equos, et obtulit se daturum hodie quemdam alium equum ipsi Lebarde, dum vero ipse assignaret sibi litteras D. Patriarche dicto D. Henrico concessas per D. Patriarcham super restitutione quinque equorum ablatorum ipsi D. Henrico per D. Rodulfum de Rasa aut de dando ipsi D. Henrico sexaginta marchas pro extimatione dictorum equorum. De quinto vero equo dixit quod magister Raymundus ypothecarius de Venetiis cui ipse D. Patriarcha fecerat comodari dictum equum, captus fuerat nuper per familiam D. Comitum Goritie cum ipso equo et si dictus equus perveniret ad manus D. Patriarche, ipsum faceret statim ipsi D. Henrico restitui et super hoc paratus erat ipse D. Patriarcha facere per litteras suas bonam et ydoneam cautionem.

Not. Mellioranza. Orig. nella Bibl. civ. Udine.

XVII.

1306. 12 Aprile. Udine.

Condanna del Parroco di Los che avea dato quel castello al Conte di Gorizia.

MCCC VI. Die XII. intrante Aprili. In Castro Utini super Patriarchali Palatio. Presentibus Religiosis viris D. Fratre Enoch de Ordine Heremitarum, D. Nicolao de Placentia monacho monasterii de Candiana Paduane Diocesis, D. Francisco de Turano Preposito S. Felicis de Aquilegia Capellano infrascripti D. Patriarche, Albertino Clerico Ecclesie S. Odorici de Utino, Magistro Francisco notario de Utino et aliis.

Venerabilis vir D. Frater Albertus infrascriptus sedens pro tribunali quamdam sententiam in scriptis protulit in hec verba:

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti amen. Nos frater Albertus Plebanus Glemone Reverendi Patris D. Ottoboni Dei gratia S. Sedis Aquilegensis Patriarche Vicarius generalis, volentes cum Apostolo omnem inobedientiam ulcisci quia nil humanitas prodesse videretur humilibus si contumacia contumacibus non noceret, Presbiterum Fridericum Plebanum Plebis S. Georgii in Los Aquilegensis Diocesis notorium proditorem qui castrum de Los Aquilegensis Ecclesie proprium per dolum et fraudem tradidit Henrico Goricie Comiti hosti crudeli et persecutori manifesto eiusdem Aquilegensis Ecclesie, qui adhuc idem castrum notorie detinet occupatum, et Hectorem capitaneum in eodem castro pro predicto Reverendo Patre Domino nostro Patriarcha ipsius Plebani proditione nepharia captivavit et adhuc duro tenet carcere mancipatum, ita quod evidentia tanti sceleris ab ipso Plebano patrati clamore non indiget accusantis legitime citari fecimus ut certo termino jam elapso coram nobis comparere deberet, defenciones vel excusationes si posset aliquam sui criminis ostensurus, aut pro sui congruam demeritis sententiam auditorus, qui contumaciter absens in termino et preter terminum diutius expectatus adhuc in sui proditionis nequitia notorie perseverat. Ne itaque de sua possit malitia gloriari, sed pena ejus sit ceteris in exemplum, ejus absentiam Dei supplente presentia, ipsius omnipotentis Dei nomine invocato, auctoritate predicti Reverendi Patris et Domini

nostri D. Patriarche et de ipsius speciali mandato dictum Plebanum de ipsa Plebe et omni jure sibi in ea ex quacumque collatione, vel institutione quomodolibet competente, sententiando privamus et tam ab ipsa quam ab omni Ecclesiastico beneficio perpetuo removemus.

Da atto di Melloranza notaio in copia nell'Arch. Capit. Udine.

XVIII.

1306. 4 Maggio. Udine.

Tregue tra il Patriarca d'Aquileia ed i suoi Collegati col Conte di Gorizia.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem nativitatis millesimo tricentesimo sexto, indictione quarta, die Jovis quarto intrante Maio, Utini in palatio d. Patriarche, presentibus venerabilibus viris dominis Sextensi, Johanne Rosacensi et Bertoldo Mosacensi Abbatibus, Philippo preposito sancti Stephani de Aquilegia, fratre Augustino de ordine heremitanorum, Manfredo capellano et nobilibus viris dominis Welfo, Raynaldo et Francisco Militibus domini Patriarche subscripti testibus et aliis.

Reverendus pater et dominus Ottobonus Patriarcha Aquilegensis pro se et suis subditis omnibus sibi adherentibus ac nobilibus viris dominis Corrado de Owenstayn capitaneo et marescaleo Carinthie et Henrico Graylando vicedomino Carniolie et Marchio pro illustribus ducibus Carinthie et aliis nobilibus teonicis qui in societate eorundem dominorum Chunradi et Graylandi in servicio d. Patriarche fuisse noscuntur ex parte una et nobiles viri domini Henricus Fulexii et Raymundinus Judex de Ceffis de Parma procuratores magnificum et potentum virorum dominorum Henrici comitis Goricie et Tirolis Aquilegensis, Tridentine atque Brixinensis ecclesiarum Advocati et Rizardi de Camino et pro ipsis ac ipsorum amicis infrascriptis ac aliis eorum omnibus coadiutoribus, fauctoribus, sequacibus et amicis ex altera, sibi inter se vicissim sec et laudaverunt treugas usque ad festum sancti Martini proximum per totam diem, de omni discordia et inimicia inter prefatas partes hucusque habita occasione presentis werre seu alia occasione, modis, pactis et condicionibus infrascriptis, videlicet quod si aliqua

partium seu aliquis de ipsis partibus vel eorum altera contra ipsas treugas faceret quoquo modo, treuge ipse fracte per hoc non intelligantur nisi hoc per infrascriptos quatuor aut maiorem partem ipsorum, videlicet d. Enricum de Pramperch, Carstmannum de Utino pro parte d. Patriarche et d. Manfredum de Porcilliis et Odoricum de Cucania pro parte dictorum dominorum Comitis et Rizardi et sententiatores et diffinitores per prefatas partes ad hoc specialiter deputatos extiterit declaratum, quorum declaratio per easdem partes inviolabiliter observetur hoc modo videlicet, quod si ipsi aut maior pars eorum pronunciabunt treugas non esse fractas sed dampnum illatum per partem seu aliquem de parte altera alteri parti seu alicui eiusdem partis satisfaciendum esse, de illo satisfieri debet passo iniuriam sive dampnum iuxta eorum taxationem per unum mensem sub pena infrascripta qua soluta vel non treuge prefate usque ad dictum terminum nichillominus firme maneant atque rate. Si vero pronunciaverint treugas esse fractas, pars que illas fregerit parti alteri de dampno illato satisfaciat aut satisfieri facere teneatur iuxta taxationem dictorum quatuor infra mensem venturum a die taxationis ipsius, alioquin penam subscriptam infra mensem alium solvere teneatur, qua soluta vel non per easdem partes ipse treuge nichillominus usque ad predictum terminum inviolabiliter observentur, promittens d. Patriarcha pro se et dictis subditis suis ac dominis Chunrado de Owenstain et Henrico Graylando ac aliis nobilibus qui in eorundem societate ut premittitur fuisse noscuntur et procuratores et syndici nomine quo supra sibi invicem solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus predictas treugas, pacta et conditiones firmas et ratas habere et observare ac facere observari inviolabiliter usque ad dictum terminum sub pena duorum millium marcharum denariorum aquilegensium ad invicem inter ipsos stipulata et promissa, qua soluta vel non prefate treuge firme maneant usque ab terminum memoratum. Pro quibus omnibus observandis, precibus et mandatis dicti d. Patriarche et pro ipso prefatis procuratoribus et sindicis recipientibus nomine quo supra domini Henricus de Pramperch, Costantinus de Utino, Bertoldus de Tricano, Lodoyeus de Cauriaco filius condam D. Dietalmi de Villalta, Carstmannus de Utino, Asquinus de Coloreto filius olim d. Vilielmi de Venzone quilibet eorum pro centum marcis

fideiussores extiterunt, promittens ipse d. Patriarcha se fideiussores daturum de residuo pene superius nominate infra sex dies immediate venturos sub pena prefata. Nomina autem amicorum dictorum D. Comitibus et Rizardi sunt hec, domini Manfredus de Porcellis, Gabriel et Pileus dicti fratres de Prata, Nicolaus et fratres de Prata, omnes de Pulcinico, omnes de Vilalta, omnes de Pinzano, Odoricus de Cucania, Fredericus de Pers, omnes de Ragonia, Symon et Franciscus de Flagonia filii condam d. Henrici de Budrio, Asquinius filius d. Durengi de Varmo, Petrus Square Capitaneus et Comune Portusgruarii, Jacobus filius condam d. Samuelli de Maniaco, omnes de Muriali, Commune et homines de Sacilo, Commune et homines de Canipa, Artuicus de Tricano, Artuicus de Murucio, omnes de Castello excepto Artico, Fredericus de Pramperch et filii eius, Luvixinus de Civitate. In cuius rei evidentiam d. Patriarcha predictus presentem cartam fecit sui pendentis sigilli munimine roborari.

Da perg. orig. nell' I. R. Arch. di Stato in Vienna. Repert. I.

XIX.

1306. 8 Maggio. Udine.

Protesta di uno dei Signori di Ragogna di non contrarre alleanza col Conte di Gorizia né con Rizzardo da Camino.

Anno Domini M CCC VI, ind. IV, die octavo intrante Maio. In Castro Utini super patriarchali palatio in capella D. Patriarche. Presentibus venerabili viro D. Philippo preposito sancti Stephani de Aquilegia, D. Artico de Castello, nobilibus viris D. Guelfo de filiis Odonibus, Francisco de Castro novo et aliis.

..... de Ragonia constitutus in presentia reverendi patris D. Ottoboni Patriarche Aquilegensis, dixit quod numquam fuit, nec esse vult in liga cum Comite Goritie et D. Rizzardo de Camino et de eorum sequacibus non fuit, nec vult esse, sed stare et manere vult in quantum potest ad servitium Domini Patriarche predicti.

Not. Melioranza. Orig. Bibl. civ. Udine.

XX.

1306. 14 Settembre. Cividale.

Ainrico di S. Vito nella contrada di Tolmino promette a Canciano Vicario di Gorizia di stare con lui per un anno e di pescare, uccellare e cacciare e fare altri servizi domestici per suo conto.

A. D. 1306, ind. IV, die XIV intrante Septembri, in Civitate in Cimiterio S. Marie de Curia, presentibus Presb. Ludoyco titulario Muymaci, Presb. Johane Capellano D. Henrici militis de Gorizia, Cucio textore de Porta Brossana Civitatis, Simone eius filio et aliis.

D. Cancianus Vicarius Goricie ex parte una et Aynricus filius D. Dyetmari Vicarii S. Viti contrate Tulmini ex altera tale pactum et concordiam habuerunt inter se, videlicet quod dictus Aynricus a festo S. Michaelis proximo venturo usque ad unum annum cum D. Canciano predicto debeat demorari et quandocumque idem D. Cancianus precipiet sibi quod vadat piscatum aut aucupatum aves vel venatum aut alia servicia domus facere, quod illud facere teneatur bona fide et quod quidquid aquiret de piscacione, aucupacione et venacione continue assignare et dare dicto D. Canciano teneatur et eius bona conservare, cui idem D. Cancianus in victu et vestitu ac calciamentis providere teneatur convenienter usque ad terminum supradictum et in fine termini ipsi Aynrico satisfacere de labore suo iuxta gratiam et curialitatem ipsium D. Canciani. Et idem Aynricus ante huiusmodi terminum a dicto D. Canciano non valeat recedere. Que omnia et singula supradicta prefatus D. Cancianus ex parte una et dictus Aynricus ex altera sibi vicissim stipulantes cum obligacione omnium suorum bonorum mobilium et immobilium, presencium et futurorum promiserunt attendere et observare et non contradicere, facere vel venire, imo sibi vicissim integre resarcire omne dampnum etc. sub pena unius marche denariorum aquilegensium, que tociens etc. et soluta etc. pro quibus attendendis et observandis pro dicto Aynrico prefatus Presb. Ludoycus extitit fideiussor. Insuper dictus Aynricus iuravit ad sancta Dei evangelia omnia et singula supradicta attendere et observare ut superius continetur.

XXI.

1307. 1 Febbraio. Aquileia.

Nicola di Gorizia mostrasi disposto a giustificarsi di quanto tentò sulla strada contro il vescovo di Giustinopoli.¹

Anno Domini M CCC VII, ind. V, die primo Februarii, Aquilegie super patriarchali palatio, presentibus Ceno filio olim Castagnelli de Verona, Guillelmo domini Fini de eodem loco, Zanino clerico de Civitate familiare D. Vicarii infrascripti.

Constitutus in presentia venerabilis viri domini Fratris Alberti Abbatis Sumaquensis reverendi patris D. Ottoboni Patriarche Aquilegensis Vicarii Generalis, Nicola de Goritia suo nomine ac nomine et vice sponte et libere gaudiavit et promisit in manibus dicti D. Vicarii stare et parere iuri coram ipso D. Vicario usque ad octavam proximam Pape Resurrectionis Dominice, super excessu per ipsum et dictos eius socios, ut dicitur, perpetrato in strata predicti D. Patriarche contra D. Episcopum Justinopolitanum, sub pena centum marcharum aquilegensis monete pro quibus Comussius de Aquilegia extitit fidejussor.

Not. Melioranza. Orig. Bibl. civ. Udine.

XXII.

1308. 28 Maggio. Udine.

Investitura feudale data dal Patriarca Ottobono a Nicolò di Ungrispach dei beni confiscati presso Los ad uno che avea dato quel castello nelle mani del Conte di Gorizia.

Anno Domini M CCC VIII, indictione sexta, die quarto exeunte Maio, in Castro Utini super patriarchali palatio, presentibus nobilibus viris Dominis Guelfo de filiis Ódonibus, Raynaldo de Filicianis Marescalcho, Francisco de Castronovo Vicedomino infrascripti D. Patriarche Militibus, Carsmano et magistro Francisco Nasuti notario de Utino et aliis.

¹ Era in allora Fra Pietro Manolesso dei Minori Osservanti.

Reverendus in Christo pater et dominus Ottobonus Dei gratia sancte sedis Aquilegensis Patriarcha dicens quoddam feudum unius mansi siti in Los qui colitur per Gonereo et Jacse, quem Otil et fratres filii olim Scrimi de Los ab ipso D. Patriarcha et ab Aquilegensi Ecclesia in feudum tenebant, vacare et esse ad ipsius D. Patriarche manus legitime devolutum propter prodictionem quam dictus Otil et fratres contra ipsum D. Patriarcham commisisse dicuntur capiendo Capitaneum ipsius D. Patriarche in Los et Castrum de Los hominibus D. Comitis Goritie assignando in maximum dampnum et preiudicium D. Patriarche et Aquilegensis Ecclesie, credens idem D. Patriarcha sibi et Ecclesie Aquilegensi fidelem vassallum acquirere Nicolaum filium q. Conradi de Hungrespach de predicto feudo sic vacante et aperto per fimbriam sue clamidis de speciali gratia investivit, iure ipsius D. Patriarche et Ecclesie Aquilegensis in omnibus semper salvo, mandans et volens idem D. Patriarcha quod tenutam et possessionem dicti mansi accipiat et habeat corporalem.

Not. Mellioranza. Orig. Bibl. civ. Udine.

XXIII.

1309. 6 Maggio. Cividale.

Il Comune di Cividale elegge procuratori per far lega con alcune Comunità e Castellari del Friuli contro il Conte di Gorizia e Rizzardo da Camino.

Anno Domini MCCC IX, indictione VII, die sexto intrante Maio, in Civitate Austria, in domo Communis, presentibus D. Ottonello Archidiacono Concordiensi, Petro de Orsaria canonico Tergestino, Dominico et Odorlico mansionariis Civitatensibus et aliis.

D. Sclesonus Gastaldio et Consilium Civitatis ibidem ad sonum campane et voce preconia more solito congregati nomine suo et Communis Civitatis fecerunt, constituerunt et ordinaverunt D. Fulcherum de Savorgnano et Philippum q. D. Quoncii de Civitate, licet absentes tamquam presentes, suos sive dicti Communis Civitatis certos nuntios, syndicos et procuratores legitimos ad conveniendum cum Comunitatibus Terre Forijulii sive cum illarum syndicis et procuratoribus et aliis Castellanis obedientibus

reverendissimo Patriarche Ottobono sancte sedis Aquilegensis Patriarche et de consensu et voluntate ipsius D. Patriarche cum eis faciendum confederationem, ligam et unionem pro reformatione Terre Forijulii et pro resistendo ne per Magnificos viros Dominos Henricum Comitem Goritie et D. Ricardum de Camino Capitaneum de Tarvisio et suos sequaces destruat: et ad firmandum eandem sacramentis, pactis, penis et renunciationibus opportunis, prout illis qui erunt in dicta liga videbitur expedire: et ad substituendum alium vel alios procuratores vel syndicos loco sui et revocandum, securitatem prestandum aut recipiendum, in animas hominum dicti Comunis cujuslibet generis iuramentum prestandum et generaliter ad omnia et singula faciendum et litteraliter exeroendum que in predictis et circa predicta fuerint opportuna et que ipsimet dicere et facere possent si personaliter interessent: promittentes stipulatione solemni nomine suo et dicti Comunis Civitatis mihi Notario infrascripto pro omnibus quorum interest vel interesse poterit, stipulanti, firmum, gratum et ratum habere ac tenere, attendere et observare quicquid per ipsos procuratores et syndicos vel substituendos ab eis in predictis et circa predicta factum fuerit vel modo aliquo procuratum sub omnium dicti Comunis honorum hypotheca.

Da copia nell' *Ottium Forojulianse* del canonico G. D. Guerra, ms. presso il Municipio di Cividale.

XXIV.

1309. 15 Maggio. Udine.

Procuratori onde conchiudere la pace col Conte di Gorizia e Rizzardo da Camino.

M CCC IX. Die XV intrante Majo. Consilium Civitatis facti suos Procuratores D. Fulcherum de Savorgnano, Utussium de Portis, Everardum et Valentinum de Civitate ad faciendam pacem cum D. Hainrico Comite Goritie, Rizzardo de Camino, Civitatem Tarvisine, Feltrensis et Bellunensis Capitaneo Generali et eorum sequacibus, nec non cum D. D. Odorlieo de Cucanea, Walterpertoldo; de Spegnimbergo, Bernardo de Zucula Domini de Pramperch, pro Jacobo de Budrio, Paulo q. D. Bojani de Civitate et eorum coadjutoribus et amicis.

Not. Antonio di Cividale. Dal Sommario Nicoletti. Arch. Capit. Udine.

XXV.

1309. 11 Settembre. Cividale.

Prestito di 85 marche di denari vecchi d'Aquileia fatto dal signor Ettore q. D. Costantino di Savorgnano ad Enrico Conte di Gorizia.

In Dei nomine amen. Anno eiusdem nativitatis M CCC IX, ind. XIV die XI intrante septembri, in Civitate Austrie, in domo seu stupa D. Siffridi filii D. Everardi de Altemburch, presentibus D. Griffio de Raifenberg, D. Paulo q. D. Boiani de Civitate, Jacobo de Cormono, Zuanino filio Virgilio de Civitate et aliis.

Magnificus et Potens vir D. Henricus Comes Goritie, nomine mutui et de puro capitali solvere promisit D. Hectori q. D. Constantini de Savorgnano XXXV marchas denariorum veterum aquilegensis monete, usque ad proximum festum Beati Georgii. Fideiussor D. Paulus testis predictus promisit fide etc. dare eidem creditori pignus mobile, facta tamen requisitione solutionis dicti mutui per ipsum creditorem vel suos heredes aut cui commiserit ipsi Domino Comiti si fuerit in Goritia vel pertinentiis Forijulii, seu autem D. Comitisse eius uxori etc. cum omni melioramento.

Odorlicus notarius Civitatensi.

Da copia nella Bibl. civ. di Udine. Ms. Savorgnani.

(Continua).
